De delictis publicis,

præcipua juris Patriæ publici et criminalis
ratione habita,

Dissertatio Academica,

quam,

ex speciali S:æ Reg. Maj:s Gratia

et

jubente Ampl. Senatu Acad. Lund.,

p. p.

CHRISTIANUS NAUMANN,
Philos. Mag., Jur. Utr. Cand., Reg. Acad. Lundens. Secretarius,

et

Respondens

CAROLUS ANTONIUS SJÖGREN,
Calmariensis.

In Acad. Carol. die XXX Aprilis MDCCCXLV.

II.

Lundæ,
Typis Berlingianis,
MDCCCXLV.

Quodsi caussam roges, cur placuerit legislatoribus Romanis alia quidem crimina publica, alia privata habere, inprimis cur e. c. furtum placuerit privatum esse delictum, cum in numerum criminum publicorum relatum fuerit homicidium, certe iis non adsentimur, qui hanc caussam "*in arbitrio populi* positam esse arbitrentur [2])". Vera rei explicatio hæc esse nobis videtur: Vita civis Romani quasi sancta existimabatur et quam maxime veneranda, ideoque hoc juri Romanorum criminali principale habebatur, de capite civis nonnisi in comitiis magnis judicari posse [3]), unde etiam ratio repetenda est, cur homicidium crimen publicum esse voluerint, quippe quo quasi majestas populi Romani læsa videretur [4]). Hæc etiam opinio non potuit non proficisci ab illa antiquorum de civitate doctrina, secundum quam hæc ipsa civitas pro corpore quodam, ut ajunt recentiores, organico habita est, cujus singulæ partes non sibi sed civitati esse et valere existimabantur. Et si ad reliqua crimina Romanorum publica animum advertimus, nullo negotio inveniemus, ea ipsa facta, quæ in judiciis publicis posita sunt, non solum propter jura violata damnumque factum, sed propter magnam quam exercebant vim in salutem et vitam civitatis, vel in vitam ac libertatem civis Romani, ex ceteris delictis esse exemta atque violati arbitrio erepta [5]); cum e contrario aut contumeliâ, aut maleficio, ad *bona* tantum privati civis spectanti (sicut in furto), civitas non pariter in discrimen vocari videretur.

Ex iis, quæ disputavimus, satis liquet, hanc, de qua agitur, inter judicia publica et privata differentiam, ex statu Romanorum publico duxisse originem. Salva

---

[2]) Ut e. c. *Hagen* l. c. p. 24.

[3]) Cic. de legibus III: 4, 19.

[4]) Qua de re ulterius infra, ubi de crimine majestatis erit quæstio.

[5]) Perspectis singulis criminibus (cfr. p. 2 not. 5) hanc sententiam confirmatam videbimus. — Duo crimina, testamentarium et nummarium, *historica* magis (ut ita dicam) caussa in numerum publicorum relata sunt, iisque quæstiones perpetuæ constitutæ. Nam cum, in ditionem redactis ditissimis terris, Roma maximis divitiis referta esset, hominum animos insatiabilis avaritia atque luxuria invasit, et, ut Sallustii de his temporibus utar verbis: rapere omnes, trahere, domum alius, alius agros cupere, præsertim cum L. Sulla summum avaritiæ exemplum præscriptionibus edidisset. His temporibus, quibus, ut idem Sallustius refert, sacra profanaque polluta sunt, illi captores testamentorum exstitere, qui ad avaritiam implendam quæque adhibebant. Qua ex avaritia pernicies orta est, quæ in dies magis magisque grassabatur, ipsamque rempublicam turbabat et fidem publicam, ut in adulterio nummorum, et securitatem sanctissimarum rerum evertebat. Sulla autem, qui judiciis constitutis Romam in pristinum statum restituere se posse opinabatur, illa ipsa ex caussa hæc maleficia criminibus publicis adjecit. Cfr. De Natura poenarum diss. acad. auct. *H. Bezzerer*, Wirceburgi 1827, p. 79 et sequ.

republica, et ista mansit integra; sub imperatoribus autem, cum omnia unius voluntati subjecta erant, hoc discrimen sensim sublatum videre licet. Totum jus criminale Romanorum (sicut omnino etiam alius cujusque populi) intimo vinculo cum cetero eorum jure, publico et privato, cum civitatis et judiciorum forma, cohærebat, atque etiam institutis (e. c. censoriis) gaudebat communi vitæ et ingenio populi Romani plane propriis. Nequaquam igitur delictorum illa divisio, quæ nec moribus institutisque populorum recentioris ævi convenit, nec satis apte conspirat cum summa illa perfectæ civitatis notione [6]), ex qua omnia supplicia *publica* existimanda sunt, a legislatoribus et jurisconsultis nostræ ætatis eodem sensu adhiberi potest ac in fontibus Juris Romani, quamquam ex hoc jure locutiones: *publica et privata delicta*, translatæ sunt.

§ 2.

Plures quidem codices recentioris ævi criminales, iique, qui in his codicibus per commentaria illustrandis operam studiumque collocarunt, retenta delictorum in publica (quæ etiam appellantur crimina contra civitatem commissa, *"Statsförbrytelser"*, sensu latiori), et privata divisione, has quidem notiones ita definiunt, ut qui immediate, ut ajunt, jura civitatis lædat, delictum committat publicum, sin immediate lædantur jura privati (subditi), delictum privatum habeatur. Quam quidem sententiam priusquam examinamus, quomodo a variis legislatoribus varie applicata fuerit, videamus.

---

[6]) *Civitatis*, quam veteres illi Græci atque Romani profitebantur, doctrina in eo præcipue cernitur, quod *civem* pluris quam *hominem* facere solebant. Civitati nullus finis propositus erat nisi civitas ipsa. Quæ quidem omnibus hominum desideriis satisfacere putabatur, sive corpus illa spectabant, sive animum. Quamobrem mores veterum speciem *civilem* præ se ferebant. Ipsa religio nihil nisi Deos *civitatis* amplectebat r. Qui vero sacra sequuntur Christiana, hi, quoniam *hominem* pluris quam civem faciunt, civitatem scholam quandam humanitatis arbitrantur. Qui superiorem illam sententiam habebant, ex qua civitas omnia humana comprehenderet, ii omnia, quæ in cives erant commissa, in civitatem ipsam commissa esse censebant. Quæ sententia a Platone maxime expressa est, at vero in Jure Romano quodammodo obscuratur; cujus rei delicta, quæ commemoravimus, *privata* luculentum præbent exemplum. Ex altera illa sententia omnes ii, qui in civitatem peccant, eo ipso privatos homines violasse censendi sunt, quoniam libertas hominum et securitas, atque omnino humanum illud beatæ v itæ consequendæ studium a salute civitatis pendere optimo jure existimatur.

A codice criminali *Austriaco* [1]) ut ordiamur, hic quidem nullas habet singulares de delictis publicis et privatis sectiones atque inscriptiones, in § vero 50 Part. I. hæc occurrit divisio: "Per delicta commissa, aut in securitatem publicam, ipso vinculo civitatis confirmatam, vel in publicas institutiones, vel fidem publicam, aut in privatorum incolumitatem secundum personam, fortunas, libertatem aliave jura, vis infertur." Delictorum in seriem publicorum referre videtur, ut ipsius codicis utar verbis: "Hochverrath und andere die öffentliche Ruhe störende Handlungen; Aufstand und Aufruhr; Öffentliche Gewaltthätigkeit" (cui delictorum generi in hoc codice adnumerantur: "Gewaltsame Handanlegung oder gefährliche Drohung gegen obrigkeitliche Personen in Amtssachen, Gewaltsamer Einfall in fremdes unbewegliches Gut, andere boshafte Beschädigungen fremdes Eigenthumes, Menschenraub, unbefugte Werbungen für fremde Kriegsdienste, unbefugte Einschränchung der persönlichen Freyheit, Entführung"); "Rückkehr eines Verwiesenen; Missbrauch der Amtsgewalt; Verfälschung der öffentlichen Creditspapiere; Münzverfälschung; Religionsstörung [2])." De *perjurio* in delictorum serie *privatorum* tractatur [3]). — In *jure Borussico* [4]) P. II. Tit. 20. § 91. hæc occurrit definitio: "Actio subditi spontanea, qua immediate lædatur civitas ejusque superior, delictum appellatur publicum". Quibus quidem delictis in hoc codice quoque adnumerantur: "Anmaasungen und Beeinträchtigungen der vorbehaltenen Rechte des Staats [5])", et eorum species habentur: "Vorenthaltung schuldiger Abgaben und Gefälle; Einrichtung öffentlicher Lotterien ohne besondere Erlaubniss des Staats, Stempelcontraventionen, Accise- und Zollverbrechen, Jagdcontraventionen etc." Etiam in hoc codice *pejeratio* et *perjurium* [6]) inter delicta privata locum obtinuerunt. — Codex juris Criminalis Galliæ (Code Pénal) [7]), crimina di-

---

[1]) Gesetzbuch über Verbrechen und schwere Polizey-Uebertretungen, v. 3 Sept. 1803, Zweyte Auflage, Wien 1815.

[2]) Th. I, §§ 52—109.

[3]) In sectione: *Von dem Betruge.* Th. I. § 178.

[4]) Allgemeines Landrecht für die Preussischen Staaten v. 1 Junii 1794. Herausgegeben von *A. J. Mankopff,* Berlin 1837 ff. Criminal-Ordnung v. 11 Dec. 1805, Berlin 1830.

[5]) Th. II. Tit. XX. §§ 229 et sequ.

[6]) In sectione XV: Von Beschädigungen des Vermögens durch strafbaren Eigennutz und Betrug. Th. II. Tit. XX. §§ 1405 et sequ.

[7]) Les Codes Français, ed. *Bourguignon,* Paris 1838.

videns in "Crimes et delits contre la chose publique" atque "Crimes et delits contre les particuliers", in illa classe de *crimine falsi* (faux) agit, etiam cum in literarum aldulteratione privatarum [8]) hoc crimen cernitur, *perjurium* [9]) vero tractat hic ipse codex in delictorum classe privatorum, quibus etiam eorum adnumerat actionem, qui nulla impetrata venia hominem mortuum humant [10]), vel qui cadaver occisi celant [1]), eorumque qui de tabulis publicis, ut ajunt, faciunt sponsionem [2]), cum contra monumentorum demolitio [3]) publicorum atque interdum etiam mendicatio [4]) in delictis publicis locum obtinuerunt. — In jure *Bavarico* [5]), æque ac *Oldenburgico* [6]), delicta publica habentur: "Rechtswidrige Anmassung nutzbaren Regalien" und "*Beschädigung* öffentlichen Eigenthums", crimen vero, quod: "*Diebstahl* an Geldern und Gütern, die zum Staatseigenthume gehören" appellant, in seriem delictorum referunt privatorum, quibus etiam in his codicibus adnumerantur: "Entwendung an Sachen, welche dem Gottesdienste gewidmet sind, Verderbung der Lebensmitteln, wenn dadurch öffentlicher Mangel bewirkt wird, Eidesbruch, Meineid" [7]). — Codex juris criminalis *Württembergicus* [8]) in crimina publica habet relata: "Meineid [9]), Bestechung, Beleidigung der Amtsehre, Störung des Hausfriedens, Landstreicherei, Bettelei unter gewissen Umständen, Zweikampf, Gränzverrückung" [10]); sed in delicta

---

[8]) Art. 150.

[9]) Art. 366.

[10]) Art. 358. "Ceux qui, sans l'autorisation préalable de l'officier public, dans le cas où elle est prescrite, auront fait inhumer un individu décédé etc."

[1]) Art. 359. "Quiconque aura recélé ou caché le cadavre d'une personne homicidée ou morte des suites de coups ou blessures etc."

[2]) Art. 421. "Les paris qui auront été faits sur la hausse ou la baisse des effets publics."

[3]) Art. 257.

[4]) Art. 274. "Toute personne qui aura été trouvée mendiant dans un lieu pour lequel il existera un établissement public organisé afin d'obvier à la mendacité etc."

[5]) Strafgesetzbuch für das Königreich Bayern v. 16 Maj 1813, München 1838.

[6]) Strafgesetzbuch für die Herzoglich Oldenburgischen Lande v. 10 Sept. 1814, Oldenburg 1837.

[7]) Cod. Bavar. Art. 434, 220, 349, 217, 245, 263, 269. Cod. Oldenb. Art. 355, 222, 274, 295, 401.

[8]) Das Strafgesetzbuch für das Königreich Württemberg v. 1 März 1839, Stuttgart c. a.

[9]) In sectione, quæ inscribitur: "Von Handlungen wider öffentliche Treue und Glauben", Art. 227, et sequ.

[10]) Art. 159, 162, 193, 196, 198, 201, 226.

privata: "Diebstahl an einer dem Gottesdienste unmittelbar gewidmete Sache aus einem dem] Gottesdienste gewidmeten Gebäude, Zerstörung oder Beschädigung an Gegenständen, deren Verletzung mit allgemeiner Gefahr verbunden, oder deren Erhaltung wegen ihrer Bestimmung zum allgemeinen Nutzen von Wichtigkeit ist, oder an öffentlich aufgestellten Denkmälern [1]) etc." — In Jure *Brunswigico* [2]) delictis publicis etiam adnumerantur: "Meineid, Eidesbruch, Bestechung von Beamten, Zeugen und Sachverständigen, Zweikampf, Falsche Anklage, Fälschung und Unterdrückung von Urkunden (auch privaten) zum Nachtheil eines Augeschuldigten" [3]); delictis vero privatis: "Störung des Hausfriedens, Vergiftung von Weiden und Verbreitung von Viehseuchen, Beschädigung an dem Gottesdienste gewidmeten Gegenständen, an öffentlichen Sammlungen für Kunst und Wissenschaft, Diebstahl an einer dem Kirchlichen Gebrauche unmittelbar geweihete Sache aus einem Gotteshause, an Staats-Eigenthume" etc. [4]). — Codex juris crim. *Hannovericus* [5]) de delictis publicis, de delictis privatis, *inscriptionibus* non utitur. Pars vero hujus codicis secunda sex habet capita, in quibus agitur: I. "Von Verbrechen wider das Dasein und die äussere Sicherheit des Staates; II. Von Verbrechen wider die Majestät und wider die Würde des Staates," cui delictorum generi etiam refertur: "Beleidigung der Amtsehre"; III. "Von Verbrechen wider die Regierung des Staats", qua in sectione collocantur: "Bestechung der öffentlichen Beamten, Rückkehr eines Verwiesenen, Zweikampf" etc.; IV. "Von Verbrechen wider die öffentliche Sicherheit im Staate", quo in capite locum obtinuerunt: "Störung des Hausfriedens, Brandstiftung etc."; V. "Von Verbrechen wider die Religion"; VI. "Von Verbrechen wider *öffentliche* Treue und Glaube"; et in hanc ultimam sectionem crimina maxime diversa congesta invenimus: "Fälschung, Meineid, Verletzung fremder Geheimisse (eines Andern Briefe, Acten, Handelsbücher, welche *Privatgeheimnisse* enthalten können, erbrechen, lesen, abschreiben), Untreue der Vormünder, betrügliches und leichtsinniges

---

[1]) Art. 323, 386, 390.

[2]) Das Criminal-Gesetzbuch für das Herzogthum Braunschweig v. 10 Julii 1840; Braunschweig e. a.

[3]) Art. 135, 138, 112, 113, 119, 143, 144.

[4]) §§ 180, 210, 211, 215.

[5]) Allgemeines Criminal-Gesetzbuch für das Königreich Hannover v. 8 August 1840, Hannover e. a.

Schuldenmachen, Bankerott" [6]). — Caret etiam Codex juris criminalis *Saxonicus* [7]) delictorum in publica et privata divisione, cujus quidem codicis pars secunda tria habet capita, in quibus proponuntur: I. "Vom Hochverrathe, Staatsverrathe und andern die Sicherheit des Staats gefährdenden Handlungen; II. Von Beleidigung der Person des Staatsoberhaupts und seiner Familie; III. Von Auflehnung gegen die öffentlichen Behörden und von Friedensstörungen [8]). Transit deinde hic codex (in Cap. IV) ad "Verbrechen wider das Leben." In cap. VIII agitur de violota religionis veneratione, ad quam delictorum classem *perjurium* refertur. — Neque Jus *Norvegorum* criminale [9]) publica delicta a privatis diversis sectionibus vel inscriptionibus sejungit. Proposita parte hujus codicis generali, in cap. VIII tranctantur: "Forbrydelser med Hensyn til Religion eller Sædelighed", cap. IX: "Forræderi, Angreb paa Staten, Majestæts-Forbrydelse og andre Forbrydelser imod Statens Sikkerhed eller Værdighed", cap. X: "Forbrydelser imod den offentlige Myndighed", cap. XI: "Eftergiörelse eller Forfalskning af offentlige Documenter, Mynter, Pengesedler m. m.", cap. XII: "Meened", et in cap. XIII: "Om Udbredelse af Pest eller anden almindelig smitsom Syge samt om almeenfarlig Forgiftelse". Deinde occurrunt (in capp. XIV et sequ.) crimen homicidii et reliqua, quæ privatorum vulgo nomine gaudent, delicta. — Si, quæ in *Borussia* [10]), *Baden* [1]) atque *Hungaria* [2]) de novis juris criminalis codicibus latæ sunt rogationes, ad has animum advertamus, neque in iis delictorum quandam in publica et privata inveniemus divisionem. Unusquisque harum rogationum titulus simplices omnino habet inscriptiones, quibus significatur genus criminum in ipso titulo occurrentium; ordiuntur a crimine homidii rogationes Badensis et Hungarica, et quæ vulgo publica appellantur delicta *post* privata tractantur.

---

[6]) §§ 118—224.

[7]) Das neue Criminal-Gesetzbuch Sachsens v. 30 März 1838, Leipzig 1840.

[8]) Art. 81—119.

[9]) Lov angaaende Forbrydelser, Given Drottningholms Slot den 20:de August 1842, Christiania e. a.

[10]) Critik des Entwurfs des Strafgesetzbuchs für die Preussischen Staaten, v. *J. D. H. Temme*, Berlin 1843.

[1]) Entwurf eines Strafgesetzbuchs für das Grossherzogthum Baden, Karlsruhe 1839.

[2]) Entwurf eines Strafgesetzbuches für das Königreich Ungarn, durch eine Reichstags-Deputation in d. J. 1841—1843 ausgearbeitet. Leipzig 1843.

Qua quidem comparatione satis superque apparet, partim quam parum in definienda criminum, de quibus quæritur, publicorum notione e certis atque indubitatis principiis egressi sint legislatores inter se diversi, partim delictorum in publica et privata divisionem a novissimis juris criminalis codicibus rogationibusque esse exclusam. Fuisse constat qui tertiam quandam fecerint delictorum, quæ *mixta* appellarunt, divisionem. Quorum in grege ab his quidem ea adnumerantur delicta, quæ vel omnino non, vel saltim parum omnino, jura lædant privatorum, quæ vero non tamen ita sunt comparata, ut ipsum civitatis aggrediantur fundamentum, eamque ob caussam neque ad delicta publica neque ad delicta privata commode referantur. Sed etiam de hac tertia delictorum classe vagas atque varias varii habent opiniones [3]), siquidem ad eam referant maleficia a se invicem prorsus aliena.

In rogatione illa Bavarica, quæ lata est anno 1822, tria criminum genera ponuntur. Ad primum genus ea pertinent delicta, quæ in ipsam aliquis civitatem committit, cujus tamquam persona violatur (vel, ut sermone hodierno utamur: quæ in civitatem committuntur, utpote quæ persona moralis seu juridica habetur); ad al-

---

[3]) *Stübel,* Allgemeine Bemerkungen über den Zweyten Theil des Sächsischen Criminal-Gesetzbuchs: "Eine dritte Schwierigkeit bey der Classificirung der Verbrechen nach der Verschiedenheit der dadurch verletzten Rechte, und ihrer objectiven Grösse, entsteht aus den *gemischten* Verbrechen. Ich verstehe darunter solche Handlungen, durch welche mehrere verschiedene Rechte zugleich verletzt werden. — *Martin,* Lehrbuch des Teutschen gemeinen Criminal-Rechts, 2 Ausg., Heidelberg 1829, p. 703: "Von den reinen Privat-Verbrechen lässt sich, wie von reinen Staats-Verbrechen, eine *dritte* Gattung absondern, welche eine Mischung der Kennzeichen jener zwey Verbrechensarten gleichzeitig an sich trägt und eben darum obige Benennung (von *gemischten* Staats- und Privat-Verbrechen) verdient. Den jedes hierher gehörige Verbrechen enthält zwar, seiner *allgemeinen* Natur gemäss, immer eine Verletzung der Zwangspflichten gegen einzelne Staatsglieder; allein zugleich wird durch dasselbe das öffentliche Wohl auf eine solche Art gefährdet, dass auch eine unmittelbare Störung von Polizey-Anordnungen, oder sonstigen Massregeln der Staats*verwaltung,* in demselben vorliegt". Ad hanc classem delictorum Cel. Martin refert: "Ehebruch, Bigamie, Nothzucht, Entführung, Raub, Urfehdebruch, Schelten eines Handwerks durch Gesellen, gewaltsame Störung des Gottesdienstes, die ausgezeichnete Treulosigkeit, welche in der Peinlichen Gerichts-Ordnung unter den Namen der Verrätherey verstanden ist". Contra istam dispositionem legas quæ allata sunt a Cel. *Mittermaier:* Ueber den neuesten Zustand der Criminal-Gesetzgebung in Deutschland, Heidelberg 1825, p. 118 et sequ. — (Notissima est *privatorum* delictorum a nonnullis auctoribus — Martin, Bauer, Feuerbach etc. — facta in *determinata* et *vaga* divisio, quam tamen ab aliis merito rejectam invenimus. *S. Schröters* Handbuch d. peinl. Rechts, p. 135 ff. *Eduard Henke,* Handbuch des Criminalrechts und der Criminal-Politik, Berlin und Stettin 1823—1838, I: 399. Cfr. *Abegg,* Beiträge zur Lehre von der systematischen Anordnung etc. in N. Archiv. d. Crim. R. N. F. 1835. p. 367 et sequ.).

terum vero ea omnia, quæ in rem communem ("das Gemeinwesen") peccantur. Tertio loco quæ in privatos committuntur injuriæ et violationes positæ sunt. Hoc quis non videt divisum esse paullo obscurius? Nam quid res communis ("das Gemeinwesen") valeat, ambigua est quæstio, siquidem illa aut universam potest rempublicam significare (quemadmodum "la chose publique" in "Code Pénal") aut majorem aliquam minoremve populi partem, qualis est hominum alicujus provinciæ sive urbis sive pagi societas. Illa quidem significatio probari hoc loco non potest, nam sic nulla esset primæ partis a secunda distinctio. Si vero hæc altera voci sententia subjicitur, ut sit multitudo aliqua hominum privatorum, secunda pars cum tertia confundatur necesse est. Quamobrem pars non partem excludit, et altera jam altera continetur, quod in dividendo magnum sane vitium est. Quod si ad unum genus ea referenda sint delicta privata, quæ *publicæ* saluti nocere et *securitatem civium* turbare existimantur, longe maxima horum pars delictorum in hoc uno genere ponenda est. Nam si eam intellexeris publicam securitatem, quam suorum cuique debet civitas, quatenus id, quod sibi propositum habet, consequi velit, salutem publicam violare jure meritoque dicentur omnia cujuscumque generis crimina et delicta.

Indicat ea, quam antea (p. 10) attulimus, definitio, qua inter se distinguebantur delicta publica atque privata, hanc divisionem falsa ista niti opinione: civitatem, in definiendis poenis delictorum privatorum, non nisi damnum privatis inflictum et gravitatem *juris violati* spectare. Non multo abhinc tempore ista opinio, acte cohærens cum doctrina illa de civitate, qua statuitur hanc non nisi *ad jura (rättigheter) tuenda* esse constitutam, in jure criminali maximi erat momenti, ideoque in mores civium magnam vim exercebat. Qui hanc profitebantur doctrinam, in eo maxime elaborabant, ut quæ ad mores referenda sunt, a jure segregrarent et rejicerent. Cum enim jurium tantum violationes juri criminali attribuerent, inde necessario sequebatur, partim ut multæ, quæ antea poena dignæ existimabantur actiones, poena exemtæ declararentur, quippe quæ ejusmodi violationem non continerent [4]), partim ut quibus magna inest civitati pernicies crimina ad ordines disciplinæ publicæ ("Policeförfattningar") referrentur [5]) et inde nomen acciperent ("Policeförbrytelser"), qua

[4]) E. c. multa delicta carnis, blasphemia etc.
[5]) E. c. Lenocinium, sodomia etc.